



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 80. Fr. Didaci Nunno aliorumque ex Ordine S. Dominici scriptorum mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

Sæc. XVII. insuper alia reliquit nondum typis edita  
 A. C. 1614. apud Fratrem suum Germanum Gratianum. Erat enim Hieronymus vastissima eruditione ac pene omnium Nationum linquis & literis apprime excultus, quem etiam S. Theresa suum Eliseum vocare solita erat.

Huic merito adjungimus P. Joannem a Jesu cognomento Rocca Catalanum, qui dum Hieronymum Gratianum adhuc Complutensis Academiæ Theologum de Ordinis Carmelitani præstantia egregie perorantem audiisset, novæ Theresianorum Congregationi nomen dedit, atque ob egregias animadotes omnes ferme Ordinis sui honores gradatim adeptus, a Gregorio XIII. & Clemente VIII. plenam a Calceatis separationem obtinuit. Scripsit commentaria in universam Philosophiam & tractatum de Theologia Mystica.

### §. LXXX.

*F. Didaci Nunno aliorumque ex Ordine S. Dominici Scriptorum mors.*

Eckard  
Script. Ord.  
FF. Prædi-  
cat. tom. 2.

Celebres quoque Scriptores ex Ordine FF. Prædicatorum hoc anno decessere, quos inter primus erat Didacus Nunno Cabezudo Hispanus egrius gratiæ efficacis Vindex, qui per triginta annos in variis Castellanæ Provinciæ

vinciae locis Theologiæ Professor Mo- Sæc. XVII.  
 linæ propositiones a Padilla Jesuita ex- A.C. 1614.  
 positas acerrime impugnabat, easque  
 præmissa correctione fraterna, incas-  
 sum licet, tandem ad Sacrum Inquisi-  
 tionis Tribunal detulit; obiit autem  
 Segobiæ Mense Februario meritis, an-  
 nisque gravis. Edidit *commentarios in*  
*tertiam partem Summæ Divi Thomæ una-*  
*cum tractatibus de auctoritate Pontificis*  
*& Conciliorum, de indulgentiis, de auxi-*  
*liis gratiæ Divinæ, & de Bulla cruciatæ.*  
 Prodiit etiam post ipsius obitum tracta-  
 tus alius in eandem partem Summæ  
 Divi Thomæ Romanis literis excusus.  
 Haud minori laude celebrandus est Se-  
 raphinus Capponius, qui inter litera-  
 rum exercitia senescens, Bononiæ an-  
 no ætatis suæ septuagesimo octavo vi-  
 tam beato fine clausit, cujus corpus  
 iusfu S. Rituum Congregationis refos-  
 sum, integrum est repertum. Hæc  
 autem sunt ejus Opera Venetiis edita:  
 I. Veritates aureæ super totam legem  
 veterem tum literales, tum Myſticæ  
 II. Commentaria in Matthæum, &  
 Joannem III. Scholia super compen-  
 dium Theologiæ Alberti Magni IV.  
 Tota Theologia S. Thomæ Aquinatis  
 V. Elucidationes in summam Theolo-  
 gicam D. Thomæ tom. VI. Plura ad-  
 huc manu exarata posteris reliquit, quæ

Cc 3 in

Sæc. XVII. in Bononiensi Conventus sui Bibliothecæ A.C. 1614. ca asservantur. Præterea ex eodem Ordine P. Petrus Bouquier edidit librum de *Sacrificio Religionis Christianæ ex S. literis comprobato* præter alias tractatus contra Calvinistas. Seripsit quoque Ludovicus Ystella commentarios in Genesim, exodus, & Evangelia.

## §. LXXXI.

*Quidam Societatis Scriptores hoc anno extincti.*

Hunc annum nonnulli quidem, minus tam celebres Societatis Scriptores sibi exitialem habuere, ex quibus Joannes Haius natione Belga scripsit: *Quaternionem Evangelistarum, apparatus Evangelicum, & Triumphum veritatis*, quæ omnia Duaci typis edita prostant. Alter erat Sebastianus Heissius natione Germanus, patria Augustanus, qui Ingolstadii annos natus quadraginta tres obiit: Edidit tractatus de vera Christi Ecclesia, ejusque notis, de Ecclesia Triumphantे, de Cultu Sanctorum, Purgatorium Lutheranorum, Dialogos de S. Eucharistia, & Apologiam doctrinæ Jesuiticæ. Omnes hi tractatus Ingolstadiensibus literis excusi fuere: Dilingæ autem evulgata est Confessio Augustana ab ipso castigata contra Heil-

brun-